

Joachim Stockmann

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Med. D. & Profess. In Festo Resurrectionis Dominicae, Studiosam iuventutem ad pietatem, gratitudinem & modestiam hortatur

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734813597>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1644

- 1) Progr. contra Pucchanalia
- 2) Jos. Stockmann
- 3) Johann Gottmann
- 4) "
- 5) Johannes Rüstorp

PROGRAMMA,
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS
STOCKMAN,
Med. D. & Profefs.
IN FESTO
RESURRE-
CTIONIS DO-
MINICÆ,

*Studiosam juventutem ad pietatem, gratitu-
dinem & modestiam hortatur.*



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XLIV.

PROGRAMMA

et

RECTOR

Universitatis Rostochensis

IOACHIMUS

STOCKMAN

Med. D. & Prof. P.

IN ROSTO

RESURRE

CTIONIS DO


MINICA

Daselbst inwendig ab zuhalten. Glaubt
denn die Heiligkeit und Fortdauer



ROSTOCK

THE ROSTOCK KALENDAR
MCM DC XII



Redemptoris nostri JESU
CHRISTI immensa suæ Ec-
clesiæ præstita, & hodie con-
summata merita, Nobis in
memoriam revocaturus, redeo in me-
moriam Romanæ historiæ, & quidem
memorabilis illius facinoris Marci
Curtij, quod pictorum tabulata, & co-
lorati adiu parietes passim ostentant.

Genutio & L. Æmilio Coss. Romæ,
medio foro, specus inopinato patuit
ingens, vastoq; hiatu pestilentem ex-
halans Mephytin, lethali contagio nu-
merosam hominum multitudinem
non solum infecit, sed & interfecit
miserè. Quæsitum remedium, copio-
sissima ingesta fuit terra, nec non ar-
gentum simul & aurum & pretiosissi-

ma quæq; , si quomodocunq; tanta ex-
pleri posset vorago: Sed frustra tenta-
ta hæc omnia. Consulti insuper vates,
consultum oraculum.

Non desituram labem, priusquam
id, quod maximo in honore esset apud
Romanos, & quo nomen Romanum
plurimum posset, illatum foret, re-
sponsum fuit; de quo aliis aliter senti-
entibus, jam dictus Curtius, juvenis mi-
litari virtute nobilis, armatum homi-
nem posci dixit, (siquidem nulla re
magis quam viris & armis Romani va-
lerent) Et rem ipsam, rei q; veritatem
ut ipso opere ostenderet, dictum, fa-
ctum; armatus bellatorem conscendit
equum, & statim, postquam Capitoli-
um, aliaq; templa religiosè circumspi-
ciens, manus ad DE os inferos expan-
disset, adeoq; vitam incolumitati pub-
licæ

licæ devovisset, magno animo, ad motis equo calcaribus, in apertam abyssum sese ultrò præcipitavit, ab interitu & clade præsentis patriam liberaturus.

Et hoc illud est M. Curtij facinus, quod tantoperè celebrari, & in comparisonem non rarò ascisci solet nostri Salvatoris; Qui explendæ & abolendæ vastissimæ peccatorum voragini, non in foro hoc vel illo, sed in toto mundo existenti, sese unum pro cunctis omnipotentî virtute armatum offerre, in profundum miseriarum abjicere, & miseram mortem pacisci voluit, ut universo humano generi vitam superstitem procuraret, & Ecclesiam suam ab æterno interitu vindicaret. Sed quænam Curtij cum Christo, quæ Culicis cum Elephante comparatio? Quare & illam, si quibus placet, aliis ul-

ulterius persequendam & deducen-
dam relinquimus, & praesenti occasio-
ne hoc monemus unicum; Ut unus-
quisq; Salvatoris sui per mortem devi-
cta morte triumphantis, & gloriosè re-
surgentis, indicibilem amorem, & im-
mensa eo ipso sibi exhibita beneficia,
grato animo agnoscere, religiosè ado-
rare, & indelebili memoria complecti,
seseq; in laudes illius hisce & similibus
excitare velit,

*Phœbe decus mundi, rutilis insignis habenis,
Qui vehis astra poli, Nunc nunc exporrige frontem,
Frontem paciferis terram qua oblectet ocellis,
Sparge diem meliore coma, collumq; reperi
Altius elato surgant temone jugales.
Ecce redit mortis domitor, quem Morte peremptum,
Cum rigidus duro penderet stipite truncus,
Nuper lugebas, sponte involvens caput umbris,
Extra Natura leges, solitosq; labores.
Ecce redit superas victor redi vivus ad auras
Rex regum Christus, de victa morte triumphans;
En quibus inferni spoliavit limina regni,*

En

*En tibi lorica, galeam, clypeumq; ensiq;
Attonitos aspectu hostes quibus exiit armis.
Phœbe decus mundi, rutilus insignis habenis
Qui vehis astra poli, Nunc nunc exporrige frontem,
Frontem paciferis terram quæ oblectet ocellis.
Sparge diem meliore coma, collumq; repexi
Altius elato surgant temone jugales.
Sed quid? quid miseri mortales, Christe redemptor?
Quid tibi, quid laudum grato cantabimus ore,
Qui tanto miseros nos es complexus amore?
Nos etenim magno peccati pondere pressos
Supplicium æternum, nos mors æterna manebat,
Et tu dulcis amor, Jesu dulcissime, mortem
Oppetis & vita largiris munera nobis!
Sit tibi laus, sit honor, sit Gloria victor Jesu,
Qui posuisti animam, nostram quo tollere posses
Depositam morti; tibi laus, tibi gloria victor.*

Ita hoc tempore DEI laudes sonare ut unum-
quemq; decet, ita & vos decet, Dn. studiosi, qui
etiam sedulo cavebitis, ne huic festivitati, quæ
ἑορτὴ ἑορτῶν, καὶ πανήγυρις πανηγυρέων τσ' ἔτον ὑπεραίροσα πάλαι,
ἔ τὰς ἀνθρώπινας μόνον, καὶ χαμάς ἐρχόμενας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς
αὐτῆ χειρῆ καὶ ἐπ' αὐτῶ πελαμένας, ἴσων ἀστέρας ἡλιου. Fe-
stivitatum est festivitas, & celebritatum celebri-
tas, tanto cæteris omnibus, non solum humanis,
& humi defixis, sed iis etiam, quæ Christi sunt, ac
pro

propter ipsum celebrantur, superior; quanto sol
stellas antecellit; cavebitis inquam ne ullo modo
huic festivitati quicquam detrahatis, sed vitâ
sobriâ, piâ & modestâ vulgo hominum
prælucere studebitis.


P.P. Sub sigillo Academiae:

Rostochij 21. Aprilis

Anno 1644.



Ferris per urbem pipu
 Heic disce parvo victi
 Odisse luxum. Vivit
 - Heic famæ hirudo
 Hic Cres, & ore mella
 Fel corde condit, ac Si
 Decipere gaudet nesci
 Innoxiumq; fraudis &
 Mentem referre discat
 Fraudum involucria pe
 Et pejus angue. regiam
 Nunc ipsa terris Verita
 Qui tumidus arte
 Scientiasque, ne nimis
 Pecudes quod inter vol
 Legis peritos error int
 Ergo imperitus nemo
 Audis, ut ipse, qui DE
 Balbutit infans. Cæter
 Pecudum magistros, car
 Sufficere docta debet
 Sed ista, quæ nos per fid
 Ad te redimus, ro
 A quo, perenni ut fons
 Dum tu Redemptor nasc
 Et imperatrix Roma ge
 Alram quietem, bella p
 Sed nos acerba fata Ge
 O statue nostris deniqu
 Finemque cladi: tuta
 Ferrum omne teneat in



DEUS,
 est,
 habes
 mplex genus
 acit.,
 atris,
 unt bona,
 caput
 nt.
 unt.
 nodum,
 alat,
 labor,
 Ensesque